Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Philosophia quadripertia. Theologia schol. prolegomena - Cod. Ettenheim-Münster 145

**Mugg, Bernh.**

**[S.l.], 1664**

Proemium

urn:nbn:de:bsz:31-118132

Visual Library

# In Universam Theologiam Scholasticam

## Proëmium

Theologia, si rationem nominis consideres, sermonem de Deo, et divinarum rerum rationem, et scientiam designat; eam proinde recte cum S. [illegible] Doctrinam sacram dixeris.
Est autem Theol. duplex, Naturalis scilicet et supernaturalis. Naturalis speculatur veritates, quae naturali lumine, et discursu de Deo investigari possunt: cum enim a Creaturis quae sunt divini Numinis effecta, propria ingenii, ratione, naturalibusque viribus in rerum divinarum cognitionem venit, quae doctrina [illegible] apud Poëtas, ut apud Orpheum, Linum, Musaeum et alios fuit, qui [illegible] laudes cecinerunt, qui [illegible] teste S. Aug. quondam erant Theologi, et Theologia eius postea Professio ad Philosophos transiit, qui hanc de [illegible] in Naturali Scientia in libris Metaphysicis tradiderunt. Supernaturalis Theol. (quae apud Hebraeos olim erat, nunc apud Christianos regnat) veritates inquirit et considerat, quae divina revelatione haberi possunt, vel ex ipsis revelatis colliguntur: atque haec Theologia, ut et multitudine [illegible] quas considerat rerum praestantia ceteras omnes scientias et ipsam Theologiam naturalem longe post se intervallo linquit, ita ex diversa ratione obiecti sua considerandi, varias appellationes sibi vendicat. Nam cum in evolvenda Scriptura sacra versatur, Positiva dicitur, si fidei dogmata, et [illegible] contra haereticos tuetur, Controversistica vocatur:

si purgata jam prava affect. mente vel dominante rerum consi
deratione, castumque uxore coniugatae Deo laborat, Mystica
nuncupatur: si humana opera sub divina Gratia ...
Canonum Jure, ac legis ... Moralis, si Dogmatica
dic: si deinde ex Articulis Fidei, alii propositi conclusiones ...
consequentia ... Theologo con
posse Scolastica appellatur, illam forte ob causam, qui ...
veris ... sibi habet eam profert, qua praestare non
potest, nisi ... consecutus doctrinae, quam magno studio, ingenio acri
constantique labore in scolis didicerint; ... antiquitus
eos qui ingenii laude, et eruditionis fama excellebant Scolasti
cos appellare. Haec porro vero Scholastica de Deo,
rebusque divinis Doctrina, iam olim à SS. Patrib. licet fuse di
cendi genere, et prout contra Haereticos, vel alias, ut scribendi
occasio ferebat, tradita, Petrus Lombardus Eps. Parisiensis
vir magnae doctrinae in certam, magisque aptam methodum col
legit, totiusque Theologicae veritatis summam ex orthodoxorum PP.
Decretis atque sententiis mirabili compendio, et arte complexus est, ut
et ipse Sententiarum Magister appellari meruerit. Hinc alii sui
scribendi studio rata plures Theologos excitavit, ut com
mentarios in ipsius Magistri sententiarum libros passim exararent,
atque ea, quae Magister breviter SS. PP. sententiis comprehensa reliquit
fusius explanarent, quod satis alias egregie fecit Doctiss. et Ang.
Thomas de Aquino insignis Familiae Dominicanae, et totius
Ecclesiae decus, qui in eosdem Sententiarum libros insigne adhuc com

mentalis &c. Verum quoniam studiosi sui ingenium nunquam in
hac vita congessit, sed semper se ipse altius evadere, multis
efficiens, in extendis alia superaddere studet, senior iste hic
S. Doctor ipsam bonam docendi viam in meliorem trans-
formavit et Theol. Scholasticam in eam summam redegit,
quae nunc passim in Scholis magnam auctoritatem apud Theo-
logos habita, et merito apud nos quoque nemo alius potior
ei esse debeat, cui sive quoad Methodum docendi sive quoad sen-
tentiarum veritatem magis adhaereamus: nam ad Methodum quod atti-
net non est necesse in D. Thomae summam commentari vel eiusdem quae-
stionum et artic. ordinem ex omni parte tenere (praesertim cum
in his multi Articuli sint integrae et quaestiones contra eam
in Scholis ventilentur, praeter Philosophici illi sint [illegible]
quae faciles litteram legenti patefaciant.) sed ipsam Theo-
logiam ita partiemur, ut fere eodem, quo S. Thomas ordine
tractaturi singula simus. Nam quemadmodum S. Doctor, ita et
nos tres praecipuas Theologiae partes constituemus. Prima
primae S. Thomae, Altera (quam ob suam magnitudinem in
aliquot tomos dividetis) Primae Secundae, et Secundae Se-
cundae; Tertia vero tertiae parti respondebit. Ut vero
omnis, quantum fieri potest, vitetur confusio, ipsas illas in Tractatus et hos,
si nimium prolixi videbuntur, per sectiones distinguemus: debebunt
vero singuli tractatus vel sectiones, ubi erunt necessariae, plures quae-
stiones; ut autem scias quid quaque parte tractandum sit —

observandum à Theologia trifariam considerari, primo
in se, inque duplex, tum ut unus est in essentia, tum ut Trinus in personis.
2º in ordine ad Creaturas, idque tripliciter, 1º quidem, ut est Creator,
et causa efficiens, tum omnium, tum praecipue Angelorum, et hominum; 2º tum ut
finis ultimus rerum omnium, et nominatim intellectualis Creaturae, ad quem ul-
timate consequendum ordinatur per media ad eundem finem
conducentia; 3º denique ut est humani generis, iam lapsi, tum Redemptor
per mysterium Incarnationis, tum sanctificator per institutionem Sacra-
mentorum, tum glorificator per finalem remunerationem, quae fiet in
ultimo iudicio, et statu alterius vitae. Jam vero Deus, tum in se, et
quatenus est Creator, in prima parte tractabimus: tum eodem, quatenus est finis
intellectualis naturae, atque mediis ad eundem ducentibus, scilicet actibus
humanis, legibus et gratia, nec non de Fide, Spe, et Charitate, aliisque
nonnullis, quae his connexa sunt, in 2ª parte agemus: in 3ª et ultima
reliqua quoque suo ordine tractabuntur; et quia in singulis tradendis
[illegible] oppositorum [illegible], unicuique cognatio [illegible] cognitionem al-
terius, [illegible] simul et praecipue in 2ª parte opposita [illegible]
[illegible], et [illegible] alia cum proposito argumento connexa sunt. Et hic
quidem est ordo, quem in singulis [illegible] [illegible], ita tamen, ut
si rationes sufficientes, nempe [illegible] urgentes nobis persuaserint, ut
unam, vel alteram [illegible] partium materiam, [illegible] [illegible]
proponamus; Propositum sumus, et quidem statim post [illegible]
[illegible] habentem rationem Prolegomenum, nempe de Sacramentis, ob
sequentes praecipue rationes i. 1ª: quia est materia nempe utilis, ne

agitur, si in finibusque differentias negligeret, suo loco tractare
consultum fuit. Secundo quod ipso necessariam tamen necessitate
medij, ut suo loco patebit. 3o. quia est necessaria omnium facillima; 4o. videtur
et ista parte fine nostro quia per [illegible] visibiliter ... et eo, Sa-
cramenta autem sunt media ad finem duae, eum et media omni fine
adhiberi debeant, merito agitur hoc loco de Sacramentis. Sexta
Ad doctrinam, ut specialiter S. Thomae, qui attinet, eas ita tenebimus,
ut facile ab ijs non deflectamus, nisi ubi nos urgeat ratio, et gravis
Doctorum autoritas, nos in dictam opinionem abire impellerit,
semper S. Doct. reverentiam illius amplectemur, nec in illius
Magistri, ut quidam faciunt, verba iurabimus. Faxit Deus
gloriosus, ut latissimum Theologiae pelagus felici auspicio
ingrediamur, enaviamusque, quod fiet si quod sanctis nostris proposimus
nunquam nobis desit, post Numinis favorem, SS. Trias Creata, nunquam
nobis occidant gemina illa et gratissima sidera coelo nostri
Parentes et Tutelares nostri S. Benedictus et Landelinus,
semper nobis illuceat magnus ille Theologorum Sol Doctor Ange-
licus. Sed quidem Astra si nobis proluxerint Theologia nostra
faventem prosperum cursum dabit.